



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi Opusculum Asceticum Posthumum

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1643

Precatio ad Infinitatem Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46564)

nantes; sed sunt ipsamet essentia diuina per se subsistens, à nobis inadæquatè concepta; ac proinde vna simplicissima deitatis forma.

Quomodò autem singulæ perfectiones in suo genere, duplici ratione sint infinitæ, nempe intèsiuè, seu quasi intensiuè, & obiectiuè; & vtroque modo Deus illa à se, & non ab aliquo alio habeat, alibi explicatum est.

PRECATIO

Ad Infinitatem Dei.

Ex lib. 1. de Perfect. cap. 7.

Domine Deus meus, Deus magne & terribilis, Deus immensæ maiestatis! Tu pelagus infinitū essentiæ, bonitatis & beatitudinis, omne esse, & omne bonum in te concludens, & ab æterno eminenter anticipans, & præhabens, tamquam fons totius
entitatis.

entitatis. Tu fundamentum possibili-
lium omnium, esse superessentiale
omnium quę sunt, & quę non sunt:
sine quo non solum nihil potest esse
actu, sed nec potestate; nec ullam
habere rationem conceptibilem,
vel intelligibilem. Tu omnium prin-
cipium, omnium finis, omnium
conditor & formator, omnium su-
stentaculum, omnium locus, omni-
um æuum, duratio, terminatio, or-
dinatio, connexio, concordia, con-
summatio. In te omne bonum An-
gelorum pariter & hominum, atq;
totius naturę, quę est, & quę non
est. In te omnis gloria & dignitas,
omnes diuitiæ & thesauri, omnes
voluptates & consolationes, omnes
delicię, omnia gaudia, omnes bea-
titudines. Tu Deus meus & omnia
mea, Deus cordis mei, & pars mea,
Deus in æternum.

Vilescant mihi omnia transitoria
propter te, & chara sint mihi omnia
tua;

tua ; & tu Deus meus plus quam omnia. Quid enim sunt cetera omnia ad excellentiam bonorum tuorum ? Fumus sunt , umbra sunt & vanitas omnes diuitiæ & deliciae, omnisque gloria huius mundi, quæ miserè oculos mortaliū fascino, ne vera illa bona, quæ in te sunt, cognoscere & persequi valeant. Et licet qui dormiant, inani imagine diuitiarum, voluptatum & honorū delusi, nihil horum inueniunt cū excitantur ; sed cum dolore animi vident se miserè deceptos : ita accidit omnibus huius mundi amatoribus, vitæ istius per mortem corporis discusso somno, mente in lucem alterius sæculi expergiscente.

Nihil igitur illorum amem aut æstimem, sed te solum, & bona tua, quæ in te recondita, quæ tu ipse es, quibus fruuntur æternū, qui hisce caducis contemptis, tibi inhæserint. Amem te supra omnia, &
semper

semper seruiam tibi: quia infinitè meliores omnibus, & dignus, vt omnis amor, omnis benenolentia, omnis benedictio, omnis gratulatio, omnis gloria, omnis seruitus tibi ab omni creatura in omnē æternitatem deferatur & impendatur.

MODVS LEGENDI

Hanc Orationem.

NOta. Quia hæc precatio, & reliquæ, quas per intervalla inseremus, sunt plena succo, & continent medullam rerum, quæ toto libro de qualibet perfectione ab Auctore tractata sunt, ideoque Recollectiones precatorie ab eodem nuncupantur: expedit attentè perlegere, & usurpare modum orandi, qui fit per quandam vocum & temporum cõmensurationem. De hoc ita loquitur S. P. Ignatius in libello suo Exercitiorum spiritualium hebdomade quarta. Hic orandi modus in